



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

31. Dies Octob. Non tam benignum, ac liberale natura nobis tempus dedit,  
ut aliquid exillo vacet perdere. Quintilianus Declam. 4.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

866

Christiani Militis

OCTOB.

gustinus. Cogita satiūesse, ut loquar cum eodem Augustino, (a) deglubrari, quām deglubi, & quām excoriari. Hoc modo si te geras, perinde a velle te aliquem contra te ut prosternat, dejicere, a leonem subulā, a prum aristā, taurūm dīgō exēre. Ad illa potius ridebis, quām timebis.

Tristia ridebis, si spernas, nulla timebis.

### 31. DIES OCTOB.

Non tam benignum, ac liberale natura nobis tempus dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere. *Quintus Declam. 4.*

Tempo. I.

ris volu-  
bilitas.

**Q**uid vis perdere tempus, ubi  
lo potes Deo satisfacere tempus  
Cur unius diei, aur horae inter-  
vallo audes suspendere obligationem tuam? si in  
horâ Deus suspendisset beneficentiam suam, in multo  
non essem, immo si suspensusset indulgentiam suam  
in Inferno essem. Æterna stipendia tibi promissa sunt  
non decet interruptis servitiis mereri: si vis bene-  
vere, nunquam intermittas bonam vitam. Oportet  
spiritus remissem, singulis diebus te armare ad præ-  
ium, & expurgiscere alacriter, quasi ad pugnam, ali-  
dito quasi lituo, & signo bellico. (b) *Dilige Domum*  
*Deum tuum ex toto corde tuo* &c. Hoc præceptum  
tibi manè promulga, & persuade tibi hunc  
diem vitae, non tantum esse diem malitia; sed pugnare.  
Quomodo surgunt milites eo die, quo publicatum  
est præceptum configendi cum hoste? Miles eodis  
quo initurus est præium non est inermis: Tuque

(a) In Psal. 128, (b) Mar. 22.

Ostob  
um eoder  
i, & val  
erinde en  
cicere, a  
to excep

s, ubi no  
tempo  
rae int  
? si u  
n, in mo  
iam spon  
milla fusc  
s bene v  
Oportet  
ad prae  
znam, al  
rei. Dom  
oc prece  
tibi hunc  
d pugn  
ublicatum  
iles eod  
Tu quo  
tib

Ostob.

Tessera.

867

tidie præliaturus es, manè dum oras, arma te maxima quā potes charitate, profundissimā humilitate, invictā patientia, reliquarumque Virtutum armaturā. Suspicio tantum, & timor pugnandi amat milites, & cogit aliquot dies persistere armatos: quid tibi facere debet certitudo, & fides pugnæ quotidianæ.

II. His accedit, debere nos festinare, ut Deo quæ debemus, rependamus, ob temporis penicillissimam volubilitatem. In primis tempus, cui hæc nostra vita, innititur, quid aliud est quām rotæ quædam, & perpetua vertigo? Dum igitur indefinenter temporis rotæ volvit, secum humana omnia trahit, resque omnes sua mobilitate versat, & circumvolvit, adeò ut omnia, ut ita dicam Ixionā reddat. Rem appositiè explicat Simocatta, de tempore sic loquens. (a) *Dum omnia novat, & adulterat, & transformat, & alia aliter singit, perennique conversionis gyro circumagit, & quod fixum, ac firmum est, mobilitate, ac fluxu rerum humanarum, tenuerat crudeliter versat, ac circumvolvit, semperque constantiam, ac stabilitatem odir, & ubi errorem siffrat, non invenit.* Altè hos temporis gyros cogitet ac vertigines, qui amat æternitatem: Etiam Annus circulos, rotasque sua notione in ipso temporis fluxu indicat, ac præfert. Varro enim dictum quasi circulum putat, quia ut parvuli circuli, annuli, sic magni, dicebantur anni. Cùm igitur tempus ipsum volvatur indefinenter, vitam quoque nostram volvi necesse est, quæ tempore vehitur, ac deterritur. Varias ætates specta sibi invicem succedentes, & circuitus esse cense, & gyros, quibus mortales circumvolvuntur:

III. 2

III. Sci-

(a) L. 3. c. 8.

III. Scitè Seneca, de vitæ humanæ orbibus, circulis: (a) *Unus dies, gradus est vita, tota atque pars unus constat, & orbis habet circumductos majoris numeribus.* Est aliquis, qui omnes complectatur, & copiose hic pertinet à die natali usque ad extremum. Igud humana vita perpetuò volvit, semper in gyrum abit, plena circulis est, nunquam sistit, semper labens ad modum rotæ. Probè S. Nilus, ubi ex hac veragine colligit desiderandam eam vitam, quæ vere (b) *Si vitam, quæ verè vita est, desideras, expecta semper mortem futuram, & odio prosequere vitam presentem.* Porro quid verius, testatiùsque, quam in more mortæ vitam nostram volvi, adeò, ut sicut Sol venientibus indesinenter, ita quoque ipsa volvatur? Assidue carpitur, & minutissimis portiunculis, dum datur, ripitur: siquidem motu perpetuo cælum rotat, momenta, horas, horæ diem, dies hebdomades, illuc menses, hic annos, anni lustra, ac hæc denique scula trudunt. Si ergò lapis, ita temporis, vixit hujus vertigines cogita, ut assidue etiam figas oculorum in semper manentem Æternitatem. Probè metu tempus, qui serio cogitat æternitatem, nec habentem vitam amat, sed perennaturam. Ante finem vita cogita, quod eris post finem vitæ: Cinis, puluis, nihil. Nihil igitur fautor carnis, reconde hoc in finem mentis:

*Est caro nostra cinis, modo principium, modo finis.*

(a) *Ep. 12.* (b) *In Parana.*